Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



imbrifera. & sic format arcus. Quod utiq; ualde
xpo congruit. Ipse e enim sol p diuinitate. de quo
scriptum est. Vobis tamen timentib; nomen meum oriet sol
iustitiae. Radius istius solis. id e claritas lucis eius ne
ingressa e nube. quando in utero uirginis accepit
carne. De hac quippe nube p prophetam dicitur:
Ecce dns ascendet sup nube leuem. & ingredietur
egyptum. Que nubes id e caro dni recte imbrifera
dicit. ppter multitudine scilicet doctrinarum. Est autem
arcus signum ppiciationis. quia uidelicet in xpo omnis
nra salus. & ppiciatio consistit. Vnde angeli in ea
natiuitate pace annuntiauerunt dicentes.
gla in excelsis do. & in terra pax hominib; bone uo
luntatis. Et ipse ad patre ascendens. dicit discipu
lis. Pace mea do uobis. pacem relinquo uobis. Vnde
irin si addit una littera in greco. id e i. ut irini di
catur hoc ipsum sonat. quia irini pax dicit. Iris
itaq; erat in circuitu sedis. quia ipse e corona & protec
tio sanctorum suorum. Iam & in arcu duo sunt colores
principales. uiridis scilicet. id e aquosus & rubeus.
In quibus nimirum designatur aqua baptismatis. & san
guis redemptionis. uel gra spe sci. Per hec duo. ab om
nibus emundamur peccatis. De quibus duob; misteri
is tota ecclia cingitur. & p hec in nouitate gre dei
renouatur. Vel p hos duos colores possumus intelligere
duo iudicia. unum quod factum est p aquam. atq; ali
ud quod faciendum est p ignem. Siue p nube imbrife
ram possumus intelligere scos. qui pluunt uerbis.
coruscant miraculis. & claritate supni luminis